Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26214
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Vnde bene et isaac idem risus dr qui generatur quia cum
supne spei fiduciam concipit. quid mens nostra aliud quam gau
dium parit. Curandum itaque necesse est ne aut necessitatis
metas cura carnis transeat. aut in eo quod moderate ex
sequitur de se presumat. Sepe vero animus fallitur. ut quod volup
tuose appetit necessarium suspicetur. quatenus omne quod
libet vite debitum utilitatem putet. et sepe quia effectus
providentiam sequitur in sui fiduciam mens leuatur. cumque si bi adem
quod de esse ceteris uiderit. cogitatione tacita de magni
tudine sue prouisionis hilarescit. tantoque iam auera prou
sione longe fit. quanto ipsam quoque elationem quam
patitur nescit. Vnde sollerti semper custodie intentione
pensandum est vel quid opere agimus. uel quid corde versamus.
ne aut mentem prepediens fortasse terrena cura multipli
cet aut saltem de eius moderamine intus se cogitatio exal
tet. ut cum diuina iudicia temporali circumspectione
metuimus. sempiterni supplicia horroris euadamus.

Explicit Liber viiii. Incipit. x.

Quotiens in hare nec spectaculum
fortis athleta descenderit. hii qui impares uiri
bus existunt uicissim se eius expugnationi subi
ciunt. et uno uicto contra hunc protinus alter erigitur.
atque hoc subacto alius subrogatur. ut luc
tantis uires quandoque molliores inueniant. quas
ipsa sua crebrescens uictoria fatigat. quatenus cum
nouus quisque congreditur. is qui uinci uirium qualitatem
non ualet. personarum saltem mutatione superetur. Sic sic in
hoc angelorum hominumque spectaculo beatus iob fortis